



4

S A N C T A
D E I
C U M
A N I M A
P Ø N I T E N T E
U N I O ,
D R A M A T I C E
E X H I B I T A
A N N O M.D.CC.XXVI.

ARGUMENTUM.

Clorinda Princeps nobilissima illico Cosmum ignobilioris licet conditionis amore deperibat diu: quod dum fidelis Moderator ejus advertisset, sicutum, & falsum Cosmi amorem & animum, eidem detegit, anxiæque inde Clienti persuadet, ut illo repudiato in Daphnini augustissimi Regis Cosmarchi filium Principem amores suos convertat. Cujus tandem monitis acquiescens, & profanos ac impios Cosmi amores pertæsa, verò Sponso Daphni præteriorum pœnitens in amoribus esse concupivit, à quo etiam post superatas Cosmi ambitiosissimi, Zartlini blandissimi, & Lugberti astutissimi insidias in sponsam fuit adoptata perennis gloriae Coronam receptura. Ita Illust. D. Henricus de Pisniz in *Ovili Spirituali*, & P. F. Laurentius de Schniffis Capucin. in Opusculo de *triplici anime via*; Unde S. Basil. Mag. *Homil. 1. de Jejunio* inquit: Delicias mundi Salutem perdere: monètque S. Gregorius M. *Homil. 12. in Evang. Mundi* hujus inquinamenta devitare, & solum Deum pura mente sectari.



SCHEMA PERSONARUM.

Daphnis Sponsus.	Christus.
Clorinda.	Anima penitens.
Fidelis Moderator.	Angelus Gustos
Colinus.	Mundus.
Zartlinus.	Cáro.
Lugbertus.	Deoton.

P R O L O G U S.

Anima duas inter vias spineam, & roseam dubia veras illius delicias, & falsa hujus gaudia, Coelestēmque Sponsum inter poenitentiae & tentationum spinas inveniendum esse edoceatur: juxta illud: *Si te laetaverint peccatores, non acquiescas eis.* Proverb. C.p. I. v. 10.

Anima. Sum anceps, dubia, infelix anima, sum in Labyrintho, quo vadam, nescio & anxia haereo, securam nullibi semitam invenio!

Aria.

Nam via haec lata	Labruscis, & Spinis
Videtur beata,	Hæc via exosis
Et rosis, & liliis strata	Est plena, & undique sata;
Fors plena periculis sit?	Hinc dura est ardua res:
Dum rosas promittit,	Nam istam si tero,
Fors vulnera figit,	Et illam si quæro;
Dat jocos, fors gaudia falsa?	Sum anceps, & nullibi tuta,
Hinc fallax, ambigua fit.	Non nisi est dubia spes.

Etenim lata, & spatiosa est via, quæ dicit ad perditionem; angusta verò, & arcta est porta, quæ dicit ad vitam, & pauci sunt, qui intrant per eam. Math. 7. v. 13. & 14.

Arieta.

Ut in Labyrintho Theseus,	etiam in aliis locis
Sic ego inter fluctus	etiam in aliis locis
Jactata, inter luctus	etiam in aliis locis
In hoc bivio	etiam in aliis locis
Tristis ambulo,	etiam in aliis locis
Heu! quo pergam, ignoro!	etiam in aliis locis
Ariadnam nescio.	etiam in aliis locis

Quid enim mihi proderit in hoc mundo, universa si habeam, dum ego
perdita fiam. Heu me miseram! quoque me vero, satis ambiguam
Angelus Cliens charissima, quid tua hæc lamenta, & alta suspiria? edicito;
Anima Duas has inter vias, satis ambiguas anxia hæreo, quā eligam, nescio!
Angelus Metum pones non nōsti me?

Aria.

Sum tuus Achates,

Fidissimus Comes,

Sequere me,

Protegam te.

Certè non errabis,

Neque deviabis,

Dirigam te,

Tutissime.

Anima. Sequar libentissimè, præuntem tam fidum Comitem: sed heu!
terret me spinetum, magis arridet hoc rosetum.

Angelus. Erras gravissimè, sequere, sequere, ducam securissimè, sequere me.

Aria.

Hoc spinetum

eburne rugido vini

Non fert lethum,

Sed dat mel suavissimum,

Etsi modò lateat

Hoc rosetum,

Est spinetum,

Certo dabit toxicum.

Quamvis nulli pateat.

Promittit quidem hæc semita mera gaudia, sed sunt evanida falsa
Mundi figmenta; has inter spinas latet verum Sponsi tui gaudium: hoc
rosetum causabit æternum certò interitum. Accipe Ducem via, & se-
quere. Si te lactaverint peccatores, non acquiescas eis.

Anima. Comes fidissime, obtempero libentissime. Per ardua scandam ad

sydera sequar. Pedissequa.

Ariose.

Astra Cœli vires date,

Venis vires instillate,

Manum vestram jungite,

Hostes meos sternite.

Duetò.

Duetto.

Angelus. Veni, veni, sequere me.
Anima. Sequar te Comes fidissime.
Angelus. Ducam te tutissimè,
Anima. Nunquam tu deseras me.
Angelus. Confide in me,
Anima. Sequor te.

CHORUS VIRTUTUM.

Perge bonis avibus,
Spretis voluptatibus,
Per árdua
Ad sydera
Scande felix anima.
Eris Sponsa Numinis,
Cœli quoque incolis,
Usque dilectissima
Perge felix anima.
P A R S I.

Clorinda impios Cosmi amores fidelis persuasione pertæsa, tandem meliora sapere proponit.

Scena I. Cosmus accepto Clorindæ repudio in furias agitur, unde siros in Consilium vocat.

Scena II. Fidelis Moderator facillantem Clorindam in bono confirmit, fugamque consulit.

Scena III. Cui fallaces Cosmi Aulici Lugbertus, & Zartlinus insidias parant.

Scena IV. Quas tamen Clorinda feliciter eludit.

Chorus intermedius.

Dormienti Clorindæ impiarum Cosmi voluptatum, & deliciarum damna exhibentur ex illis: *Quantum in deliciis fuit, tantum date illi tormenta, & luctum,* Apoc. cap. 18. v. 7.

Angelus. Dormit suavissimè, tacete, filete, ne fors dilectam Daphnis suscitetis Clorindam.

Aria.

Auræ tepidulæ
Undæ frigidulæ
Afflate, spirate,
Somnósque caustate;

Jam

Jam dabo somnium
Spectatori,
Et actori
Longe saluberrimum,
Silete, tacete.

Clorinda charissima, quæ Cosmus struat pericula, diligenter adverte,
follicitè cave. Prodite jam turpia voluptatum mancipia, deflete æterna
salutis dispendia! en impuri nomen Amasii è libro vita deletut, expungitur.
Umbra. Ite lachrymæ in planctu amaro, ubertim stillate, obruite me.

Ariose.

Dum impuris inhio,
Æterna bona perdo:
Inferni furores,
Horrendos dolores
Æternum nunc sentio:
Ite lachrymæ,
Ubertim stillate,
Obruite me.

Fruebar bonis, & utebar Creatura tanquam in juventute celeriter, sed
heu iu puncto descendendi ad tartara.

Angelus.

Aria.

Voluptas velut simia
Fert necem suis charis,
Dum blanda figit oscula,
Dat virus infensatis.
Qui fidit fraudi Cypriæ,
Hæc damna sero flebit.
In infernali sulphure
Amores hos lugebit.

Isthinc luxurians anima gemit inter dura Cupidinis vincula.
Umbra. Heu paululum gustavi mellis, & ecce! morior, dum fruor, perimor.

Aria.

Hoc nectar est Cupidinis,
Hæc mella fert voluptas,
Æternas pro brevissimis
Deliciis dat poenas.

Quid profuit superbia? & deliciarum jactantia quid contulit mihi?
heu jam secundum ea, quæ cogitavi, correptionem habeo in hoc infer-
nali rego.

Ang-

Angelus.

Aria.

Quod effrons olim Dalila
Patravit in Samfone!
Hoc efficit in anima
Venus peior Dracone.
Nam vires exest corporis,
Exurit omnes venas,
Post ignes turpes Cypridis
Æternas causat poenas.

Hic umbra Juvenis litterati ob libidinem æternum damnati.
Umbra. Heu crucior in hac flamma æternum duratura

Aria.

Post ardore	Post momenta
Ad dolores,	Ad tormenta
Post amores	Ad dracones,
Ad scutores	Et Bufones

Ter infelix rapior. Ignitos abripior.

Valete somnia, terrena omnia, me evocat luctus, in igneos fluctus,
impuri socii valete, alieno damno sapite.

Angelus.

Syrenum cantu placido
Quot naves periæ;
Hoc venenato toxicó
Tot fortæ cecidere:
Jam captant poma Tantali
Famelici hac dape,
Et volvent saxa Syphii:
Peccator brevi sape.

Umbra omnes. Heu! Carnales Sodales, lurcones, lenones! momentū, quod
hic delectat, æternum, quod ibi cruciat! momentum, æternum! heu!
Angelus. Heu! cœnæ manent ignes Cyprios, impuros porcos, Cosmi amasios.

Aria.

Perinde tamen vivitur,
Ceu poena non sequatur,
Peccatur, estur, bibitur,
In cœno voluntur
In felix anima,
Ob momentaneum
Heu! desiderium
Æternum misera.

Homo peccator! disce alieno damno sapere! - momentum! æter-
num! elige.

PARS

P A R S II.

Clorinda pœnitens vero Spōnso conjungi anhelat.

Scena I. Evigilans Clorinda insidiosam Cosmi impudentiam exhortescit, & aversatur: Attamen

Scena II. Subdolè à Cosmo capta

Scena III. Iterū à Fideli liberatur:

Scena IV. Unde Cosmus spe sua frustratus ficta pietate cum suis novas Clorindæ machinatur insidias,

Scena V. A quibus tamē op̄e Fidelis erepta à Daphne in Sponsam adoptatur.

E P I L O G U S.

Anima in via pœnitentiæ, & temptationum lassa ad constantiam pro comparanda æternæ felicitatis corona excitatur. *Non coronabitur, nisi qui legitimè certaverit.* 2. ad Tim. 2. v. 5.

Anima. Has spinas inter duras, & acutas labruscas lassa sedeo, & vix non deficio.

Aria.

Cruentatum,

Vulneratum

à spineto

Senticeto

Corpus mādet sanguine:

Jam contritum,

Et attritum

Prae labore

Et sudore

Languet lassitudine.

Nam dum tentavilegere rosas has intet spinas, plusquam acutas cruentavi manus, & genas, horreo diutius laborare, vel sanguinem sudare.

Angelus. Quid denuo quereris, quid lamehtaris dilecta anima, pande, quæ latent abdita.

Anima. Legendo rosas tuli manus vulneratas, hēm'aspice, emblastro refice.

Angelus. Laborāsti quidem strenue, hinc coronam accipe, ex rosis contextā & liliis, sed si in labore perseveraveris, augustiorem recipies in Cœlis.

Anima. Spero quidem firmissimè, sed lassa nimis deficio ex labore.

Angelus. Delicata nimis es, in his spinis latet magna spes, Corona gloriæ immarcessibiliis res. In labore constans persiste: Exemplum cape, aspice, & sequere.

Aria.

Corpus purissimum,

Flagris cruentatum,

Caput lanctissimum,

Spinis coronatum,

Et

Et Cruci affixum
Ludibrio fit :
Hinc sequi unicūm
Aceto potatum,
Sponsum virginēum ;
Probris gravatum,
Hastā confixum,
Jam volupe sit.

Hæc oportuit pati Sponsum tuum, & ita intrare in gloriam suam ; neé enim decet sub spinis coronato Capite membra latere delicata ; sequere, fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est, & accipies coronam gloriæ vite æternæ.

Animæ. Benè jam melius deliberatum, conclusum est, & ratum, si rem benè pondero, non amplius anceps hæreo, ex hoc tentationum & pœnitentia senticeto non exibo, donec immarcessibilis coronam gloriæ obtinuero.

Sit aspera
Hæc semita,
Sit & dura
Pro Cœli gloria

Non terrebit amplius.

Non enim sunt condignæ Passiones hujus temporis ad futuram gloriæ, quæ in nobis revelabitur, & ad perennis felicitatis Coronam, quæ promittitur.

Aria.
Jam alacris,
Et hilaris
Pro futura

Æterna Patria
Laborabo fortius.

CHORUS VIRTUTUM.

Labor brevis,
Pugna levis
Æternæ gloriae
Pondus operatur.
Manent certa
Cœli ferta,
Dum brevi tempore
Corpus cruciatur.
Ergo pugnate,
Et laborate.
In hoc stadio
Pro bravio
Æternæ beatitudinis
Charæ Sponsæ Numinis.
F. I. N. I. S.